

Mta Commissarius exequi procuret, nisi videatur, plus, & minus faciendum, arbitrio Senatoris deputandi.

Nemini liceat Rugiam elevare, nec incilia ponere, per quæ duci possit aqua ex Flumine Olona ad irrigationem Pratorum, nisi prius habuerit ius id faciendi, & idoneè satisdederit apud Acta Commissarii singulo anno, & in principio anni (n) pro summa decem aureorum, de ponendo aquis contra formam Ordinum: (o) Hancque fidejussionem singulo anno renovare teneatur. Sufficiatque si Dominus Pratorum fidejubeat pro se, Colonis, & Conductoribus, nec ab eis ulterior fidejussio requiratur. Notariusque pro dicta fidejussione, nisi solidos quatuor pro mercede accipiat. Teneaturque iducere volens aquam, ut supra, ultra præmissa habere dictam Rugiam, seu incilia, in formam infra scriptam, videlicet quod habeant pedem, cum suis (ut dicitur spallis) lapidibus, & camento factis, altum à fundo Alvi Olonæ per testas duas unius brachii ad brachium lignaminis, capiendo mensuram per medium Alvi, & non sit latâ ultra brachia duo cum dimidio dictæ mensuræ. Et qui contrafecerit, puniatur pro qualibet vice in scutis decem Cameræ applicandis.

Liceatque habentibus dictas Rugias modo præmisso aquam ducere ex Flumine prædicto per ipsas Rugias ad irrigationem Pratorum suorum, videlicet à Terra Canegrate inclusivè supra ab hora vespertina uniuscujusque diei Sabbathi, usque ad horam vespertinam diei Dominicæ sequentis, & sic per diem naturalem 24. horarum: Residuis vero, qui habent Rugias à loco Canegrate exclusivè infra, usque ad locum de Rhaude exclusivè, ab hora vespertina diei Dominicæ usque ad horam vespertinam diei Lunæ sequentis. Et sic per alium diem naturalem ut supra. Residuis vero habentibus Rugias à loco Rhaude Mediolanum, ab hora vespertina diei Lunæ, usque ad horam vespertinam diei Martis sequentis. Et hæc omnia incipiendo à medio mense Martii usque ad medium mensem Septembri cujuslibet anni. Aliis autem mensibus, & diebus, prohibitum sit prædictis aquam ducere ex dicto Flumine, salvo quod à die vigima quarta Decembri inclusivè usque ad decimam septimam Januarii, & sic per viginti quatuor dies continuos, possint aquam ducere ut supra hoc modo, ut qui superiores sunt, primis octo diebus utantur, medii sequentibus octo, & ultimi residuis octo. Parique modo utantur partitis diebus hebdomadæ Sanctæ, & Octavæ Paschatis Resurrectionis. Alterisque se se statis diebus non impediant. Quod si quis in aliquo præmissis contrafecerit, remissibiliiter condemnetur pro qualibet vice à perticis quinque Prati supra usque ad omnem quantitatem in scutis viginti quinque Cameræ applicandis. A perticis vero quinque infra in aureis quatuor, pro qualibet vice. Et intelligatur quemlibet contrafecisse, in cuius Pratis, vel agro reperta fuerit aqua defluere ad irrigationem bororum in die, vel hora, aliter quam sit concessum, ut supra.

Omnes-

Omnisque, qui ducunt aquam, ut supra, teneantur habere (ut vulgo dicitur *foratorem*) per quem scolatitia dictarum aquarum revertantur in Alveum Olonæ, ab ea parte Alvei, ex qua aqua ducitur, antequam attingant tertium molendinum, & hoc à Terra Parabiaghi, infra. Supra verò ante quartum in ordine molendinum. Quod si aliqua Rugia habere foratorem non competatur, statim obturatur, nec aperiri possit, nisi facto foratore collaudato per Commissarium, & habens Rugiam tertio monitus, jure ducendæ aquæ privetur.

Nemini quoque liceat facere, tenere, nec habere clusam, vel impedimentum, pro derivandis aquis ex ipso Flumine, sub pœna contrafaciendi aureorum quatuor pro singula vice, & singulo impedimento. Hoc tamen locum non habeat in molendinis, nec causâ molendinorum tantum illorum, qui habent ius extendi dictis aquis.

Molitoribus liceat irrigare omni die impunè eorum insulas, quæ non sint majoris quantitatis perticarum quinque pro singulo molendino. Teneanturque dicti molitores cum haberint aquam ad suum molendinum, tenere ostia canalicul aperta, quæ fuerint necessaria ad molendinum, ita quod aqua liberè possit fluere per Alveum Olonæ. Et qui contrefaciet, punietur pro quilibet vice, & quolibet ostio, in auro uno, applicando ut supra.

Molendina quoque existentia super Flumine Olonæ aptarū debeant expensis illorum, quorum sunt, ita ut liberè defluere possit aqua ad Civitatem Mediolani, arbitrio Commissarii.

Si superfuitas aquarum fuerit propter excrescentiam Fluminis Olonæ, quæ excrecentia intelligatur, si Flumen inita ripas non contineatur, liceat eo tempore omnibus habentibus Ruggias super Flumine Olonæ, durante excrescentia derivare aquam ex dicto Flumine liberè, & impunè, & omni die, & nocte.

Universitas locorum Parabiaghi, & Rhaude quacunque die, & hora, liberè, & impunè, ducere possit aquam ex Olonæ Flumine, & eā uti, modò non utatur ad irrigationem Pratorum, & hoc per incilia, per quæ ducere aquam solitum est, hoc modo, quod singula universitas perforari faciat lapidem marmoreum, seu siliceum, in formam, qui per foramen fluat in caym ad id, factum, in quantitate unciarum sex super terciam unius brachii, ad brachium lignaminis in longitudine dicti foraminis, & medium quartam in altitudine ejusdem. Isque lapis claudi debeat in ripa Alvei Fluminis Olonæ, lapidibus, & camento, ita tamen quod foramen in dicto lapide existens remaneat aliud à fundo Alvei Olonæ per tertiam unius brachii. Quibus sic peractis, si quis ausus fuerit lapidem removeat, vel ordinem prædictum aquæ ducendæ impedit, incurrit pœnam aureorum viginti Cameræ applicandam, & suis impensis omnia in prælium reducat. Idque observetur modo, ut dictum est.

est. Ex aqua modo præmisso ducenda, non irrigentur Prata, & revertatur in Alveum Fluminis Olonæ.

Commissarium Olonæ, & Camparios, nullus offendat, nec offendì faciat, nec impediāt, quodminus officia sua exercere possint, sub poena etiam corporali, arbitrio Senatus imponenda. Teneaturque Commissarius infrat̄ quindecim dies, postquam notitiam habuerit, aliquem vi, & potentia, (p) ducere aquam, ex Flumine Olonæ contra Ordines, eum condemnare in aureis viginti quinque pro singula vice, & cum auxilio Officialium arari facere ejus Prata, in modum, quod mutetur facies loci, & non videantur amplius Prata.

Communia quoque Burgorum, Locorum, Capsinarum, & molendinorum propinqua Flumini Olonæ ad tria millia passuum, teneantur semel in anno, si requisiti fuerint à Commissario, ite cum Instrumentis necessariis ad implendum fossas, per quas duci possit aqua ex dicto flumine contra formam Ordinum, impensis tamen dominorum eorundem.

Ducentes aquam ex Flumine Olonæ teneantur construere, & manuteneri pontes necessarios super aqueductibus.

Cæterū si reperiri modus poterit, per quem augeri possit aqua in Flumine Olonæ, & videatur Commissario, habita tamen participatione cum Senatore deputando, opus fore bonum, & utile, id opus fiat cum consilio Peritorum eligendorum per Senatum.

Teneatur quoque Commissarius, quamprimum fieri possit, cum consilio sex Virorum, (q) habentium Prata in Valle Olonæ, purgari facere fontes veteres, & novos, ex quibus aqua fluat, vel defluxerit in Alveo Olonæ, in eis locis, in quibus videbitur expediens, & utile pro augendo aquam in dicto Flumine, idque fiat expensis habentium Prata, & molendina super dicto Flumine, & quarum expensarum distributionem faciat Commissarius cum participatione dictorum sex Virorum.

Et si quis divertet aquas dictorum fontium, vel aliter impediverit, quominus in Flumen Olonæ decurrant, puniatur in aureis centum, & majori poena arbitrio Senatus.

Liceat etiam Dealbatoribus sustaneorum, aciarum, & draporum, & confientibus lateres, & tegulas, quoconque die, & tempore pro arte sua exēscenda tantum (r) ducere aquam necessariam, & utilē, ex Flumine Olonæ, ea tamen legē, ne ad alios usus divertant, sub poena aureorum quinque.

Denique si contingat, plures personas habere ius in eodem aqueductu, & aliquæ fuērint diligentes in faciendis impensis circa prædicta, & aliquæ renitentes fuērint, vel negligentes ad contribuendum pro rata portione dictis impensis, eo eas diligentes totâ aquâ utantur dictis renitentibus, vel negligentibus spectante, nec ipsi aquâ possint, donec solvetint ratam suam portionem dictarum impensarum. Eo amplius quod si per annum

atum steterint, quod non solvant, iure aquæ ducendæ in perpetuum priventur, & illud jus diligentibus, qui fecerint impensam, accrescat ipso jure, sine aliqua Judicis declaratione.

Condemnationes, quas faciet Commissarius, ad Cameram Extraordinariam transmittat, & pecunia, quæ ex eis exigentur, penes unum per Magistratum Extraordinarium eligendum deponantur, de quibus quantum sit respectu dimidiæ partis, nihil disponi possit, nisi à summa salarii præfati Commissarii, & Campariorum supra, quia super ea dimidia parte omnino, satisfaciendum est salario dictorum Commissarii, & Campariorum. Et propterea nullæ compositiones fieri possint (s), quod sint infra dimidiæ partem datum. Nec aliquæ assignationes de eis condempnacionibus fieri possint, respectu dictæ dimidiæ partis, & factæ nullius sint effectus, & momenti. A dictis vero, salariis supra disponat Fiscus, prout eidem videbitur.

Et quia in moderandis buccis necessaria est opera Architecti, seu Ingenierii, idem sancitum est, per Senatorem deputandum unum ex Ingenieriis Communis Mediolani, vel Fisci eligi debere.

Post conditas hasce Constitutiones orta sunt nonnulla dubia apud Praefectos aquarum, quorum resolutionem ut potè dependentem ab interpretatione ipsarum Constitutionum, & juris municipalis petierunt à Senatu; & respectu aquarum Fluminis Olonæ dubium erat, num licet aquas derivare omnibus illis, qui Buccas super dicto Flumine habebant tempore antiquorum, vel novissinorum Statutorum Mediolani, cum in alios statutis contum esset cuilibet habenti Buccam super Flumine Olonæ licere aquas derivare diebus ibi expressis; Senatus autem respondit, jus derivandi dictas aquas competere habentibus Buccam tempore Statutorum novissinorum, ut ex ejus Ord. 25 Septembri 1555.

Super usu aquarum hujus Fluminis ortæ sunt graves controversiae inter Utentes, & Regium Fiscum prætendentem, dictum Flumen esse juris Regie Camere, quæ postmodum conciliata sunt media Transactione, in qua erogata ex parte Utentium quadam pecuniaria summa conventione extitit, quod ipsi licet derivare aquas Fluminis Olonæ libere, & absque ulla exceptione, ac cessante omni impedimento ex parte Regii Fisci, & ut latius apparet ex Instrumento Transactionis recepto, die 7. Maii 1610, à Joseph Crasso Regie Duc. Cam., & Mediolani Notario.

Flumen Olonæ delineatum fuit cum omnibus suis Edificiis, Pratis, & Satoribus anno 1606 ab Ingeniero Petro Antonio Barea ejusdem Fluminis Architecto in executionem Literarum Senatus dici 13. Junii ejusdem anni, ubi contingat per Magnificum Senatorum hujus Fluminis Conservatores fieri aliquam Ordinationem exequendam ab Utentibus, quis ejusdem Fluminis, inter quos adesse solent Personæ Ecclesiastice, ac Monasteria Regulardiorum, loco peculiaris illius intimationis publicanda est per publicum Edictum, ut præscribitur in Ord. Senatus 19. Iulii 1623, in modis Addit. impres. in finibus Volum.

(b) Iudez, & Commissarius hujus Fluminis olim eligebarunt quintana ab Excellentissimis per tempora hujus Dominii Moderatoribus, ut constat ex Literis Patentibus in Archivo Officii existentibus; nunc vero eligitur à Regio Concessionario vigore facultatis substituendi, factaque nominatio ne, prævio voto Magnifici Senatoris Conservatoris, approbatur à S. E. mediis Literis Patentibus, quæ in Cancellaria Secretiori expediuntur, servatis in reliquis iisdem solemnitatibus, quæ cum aliis Regiis Judicibus sunt in praxi.

(c) Hæc fiducijs præstatur apud Cancellarium Confiscationum.

(c) Syndi-

200 DE OFF. JUD., ET COMMISS. OLONÆ: LIB. V.

- (4) Syndicater Fluminis Olone eligitur a Magnifico Senatore Conservatore, & a Senatu approbatur.
- (5) Hoc salarium Iudex Commissarius exigit a Thesaurario Confectionum præviis Magistris Litteris.
- (6) Ad sollempnes abusus in dies orientes circa usum aquarum hujus Fluminis, pluræ emanarunt Ordines Senatus, quorum præcipuus est ille diei 24. Maii 1575. pro Fluminis, reformatione relatus ex Ordinatione Amplissimi olim Patria Conservatoris Don Hieronymi Montii, de qua pro obseruatione sit mentio in Ord. Senat. 22. Junii 1607. *in novis Addit. impræs. in fine bujus volum.*, & in alijs Senatus Consultis, ac Edictis ex Ordine Magnificorum per tempora Conservatorum promulgatis.
- (7) Ex recentissima Ordinatione 24. Maii 1575. aucta fuere honoraria cujuslibet Dicte ad libras undecim, & solidos decem octo; ab anno 1642. usque ad 1643. ad libras duodecim, & Magnif. Conservatori usque ad libras triginta sex; ab inde vero citra aucta fuere ad libras quatuordecim pro singula die, & quolibet Officiali, & ad libras quadraginta duas pro Magnifico Conservatore.
- (8) Haec condemnationes siebant super Podio Officii in Regia Curia Mediolani, mox in Regio Officio Fgr. Capitanei Justitie, ubi translatum fuerat Officium Olonæ; nunc vero sunt Domi Notarii Cancellarii, ubi redactum fuit dictum Officium ex decreto Magnifici Conservatoris Comitis Senatoris Arconati diei 9. Octobris 1631.
- (9) Uno nempe Advocato, & altero Syadico.
- (10) Hæc Visitatio fit a loco Fraschioli, ubi Flumen inchoat usque ad hanc Urbem, ut sicut præscriptum in dicta Ordinatione diei 24. Maii 1575.
- (11) Ipsi Camparii tenentur præstare consimile juramentum etiam in actis Cancellarii Fluminis; debent etiam comparere alternis quindecim diebus pro singulo Campario ad consignandas in Officio denunciationes in eorum libro describendas, & super contentis in iisdem denunciationibus jurare in manibus Cancellarii, reportata fide comparitionis, sub pœnis contentis in Ordinibus Magnifici Conservatoris Don Joannis Sondrati 7. Julii 1632.
- (12) Ex recepta consuetudine Senator in Conservatorem hujus Fluminis non amplius & toto Senatu, sed a solo ejusdem Preside deputatur, & habet auctoritatem impariendi illas providentias, quas pro bono regimine hujus Fluminis opportunas esse cognoverit juxta Decretum Senatus 12. Julii 1619.
- (13) Tempus præscriptum Utentibus hujus Fluminis ad præstandam fideiunctionem incipit a die prima Januarii, & durat usque ad diem vigesimalm quintam Martii cujuslibet anni, ut declaratum fuit in Proclamate Magnif. Senatoris Conservatoris Don Marci Aresii 12. Junii 1682. , & Magnif. Senatoris Conservatoris Marchionis Don Cæsaris Pagani 13. Julii 1688.
- (14) Forma servanda circa usum aquarum præscribitur in memorata Ordinatione Magnifici Conservatoris Senatoris Montii 24. Maii 1575. confirmata in successivis Edictis Magnificorum per tempora Conservatorum.
- (15) Ex Ordine Amplissimi Conservatoris Senatoris Don Joannis Baptista Rainoldi 17. Maii 1563. missum fuit Satellitium Campestre ad fissendum Domini Abutentium corundean expensis, cum interratione Buccarum usque ad completam solutionem scutorum quinquaginta pro singulo.
- (16) Sex Viri, de quibus sit mentio in hac Constitutione, vocantur Syndici, & eliguntur a Magnifico Conservatore.
- (17) Ipsi, quibus permisum est ab hac Constitutione ducere aquas hujus Fluminis pro exercitio eorum artis, debent obtinere facultatem a Judice Commissario ex motibus, de quibus in Proclamate Magnifici Conservatoris Marchionis Don Hieronymi Erba 27. Julii 1734.
- (18) Compositiones pro condemnationibus fieri nequeunt sine participatione, & decreto Magnifici Conservatoris ex Ordine S. L. prævio voto Consilii Secretioris, emanato die 22. Decembris 1642.